# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Coniugium r

### cum uariis

Amice, contumelia uiri uxor inobediens, caue tibi. Veritas que falli non potest ait de beato Dauid: inueni uirum secundum cor meum. Hic tamen egregie precipitatus est amore mulieris ab adulterio in homicidium. Amice, Bersabee siluit in nullo malignata est; nichilominus facta est stimulus subuersionis uiro perfecto et mortis acculeus innocenti marito. Vtraque nocens erit que contendet eloquencia ut Dalida Sampsonis et forma ut Bersabee. Si ergo non es amplius secundum cor Domini quam Dauid, crede et tu precipitari potes.

Valerius in epistola ad Rufinum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

falli non potest] non potest falli P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; Dauid] dicendum $V^1$; amice] amica $L^1$ $L^2$; in nullo *om*. C; Dauid] dicendum $V^1$; precipitari] precipitares (*cor*. *infra*) C